

Sæpius hoc repetens studiosæ perge juventæ  
Virtutes miris insinuare modis.  
Sic inter claros te attollet fama Magistros,  
Et poterit nunquam sic tua fama mori.  
At satis est, satis est: De te nam tempora fari  
Plura vetant: Musis vive, valeq; diu.

Vitus Hendelius, Adorfensis,  
Variscus.

VI.

**A**onia gaudent ingentia gaudia Musa:  
Latatur cerebro nata Minerva Iovis:  
Latitiaq; fremit magna, plausu aëra complet  
Præsidio cuius lata novena cohors.  
Latitia causam querenti, in retia, dicunt,  
Evitata diu, prada petita cadit.  
Oblatos qui sæpe tibi contempsit honores,  
Quemq; sequendo ingens gloria fessa fuit:  
Præmia nunc tandem capit en: Virtutibus olim  
Debita, cultores quæ Sophia decorant.  
Huic cælo, optamus, constant ut cuncta sereno:  
Vivacemque ævo Nestora quò superet:  
Atq; Deo atq; bonis teneram instituendo juventam  
Cætibus inprimis commoda multa ferat.  
Ob meritos Musæ cum Pallade Phœbus honores  
Hæc tibi vota ferunt, quæis mea juncta volo.

Johannes Schönleben, Buchsi-  
nus, Lufatus.

Post